fa[c]iatis ea quae a me constituta s[unt].
Lv 26,15 & ad irritum perducatis pactum meum.
XXVI 16
Ego quoque haec faciam uobis. Visita
bo uos uelociter in egestate & ar
dore. qui conficiat oculos uestros.
& consumat animas. Frustra sere
tis sementem. quae ab hostib[us] deuo
17 rabitur. Ponam faciem meam contra
uos. & corruetis coram hostib[us] uestris.
& subiciemini his qui oderunt uos.
Fugietis. nemine persequente. Sin autem
nec sic oboedieritis mihi. addam
correptiones uestras septuplum propter
peccata uestra. & conteram superbiam
duritiae uestrae. Daboque caelum uobis
desuper sicut ferrum. & terram aeneam.
Consumetur incassum labor uester.
non proferet terra germen. nec ar
bores poma praebebunt. Si ambu
laueritis ex aduerso mihi. nec uo
lueritis audire me. addam pla
gas uestras usque in septuplum. propter
22 peccata uestra. Emittamque in uos
bestias agri. quae consumant & uos
& pecora uestra. & ad paucitatem
cuncta redigant. desertaeque fiant
uiae uestrae. Quod si nec sic uolueri
tis recipere disciplinam sed ambu
laueritis ex aduerso mihi. ego quoque
contra uos aduersus incedam.
Et percutiam uos septies propter Lv 26,36
peccata uestra. inducamque super uos
gladium ultorem foederis mei.

mini [in] ciuitatum moenibus. Postquam
confregero baculum panis uestri.
ita ut decem mulieres in uno clibano
coquant panes. & reddant eos ad
pondus. & comedetis & non satu
rabimini. Sin autem nec per haec au
dieritis me sed ambulaueritis
contra me. & ego incedam aduer
sum uos in furore contrario. Et cor
ripiam uos septem plagis propter
peccata uestra. ut comedatis car
nes filiorum & filiarum uestrarum.
30 Destruam excelsa uestra. & simulacra
confringam. Cadetis inter ruinas
idolorum uestrorum. & abominabitur
uos anima mea. In tantum ut urbes
uestras redigam in solitudinem. & de
serta faciam sanctuaria uestra. nec re
cipiam odorem ultra suauissimum.
32 Disperdamque terram uestram. & stupe
bunt super ea inimici uestri. cum
habitatores illius fuerint. Vos
autem dispergam in gentes. & euagi
nabo post uos gladium. Erit
uestra deser
dirutae. T
sabbat
dinis s
hosti
insa
non
qua
uob

License: public_domain – München, Bayerische Staatsbibliothek, Clm 29260(1, 10v – Old Testament
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-4bhc/10118/73636)